



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Consvlibvs Arelatensibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

renentur affrici, creditores eorum in vestris diocesisbus constitutos, cum ab ipsis fueritis requisiti, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis ut eos a juramento penitus absolventes, ab usurarum penitus exactione desistant. Quod si quisquam creditorum ad solutionem ipsos coegerit usurarum, eum ad restituendas ipsas, postquam fuerint persolutae, simili censura sublato appellationis obstaculo coarctetis, creditores talium quam diligentius poteritis inducentes ut terminos ad solutionem debitorum praefixos, donec illi labori vacaverint hujusmodi pietatis, elongent, quod sic demum retributionis eorum gaudeant participio quorum certamen tali promoverint adjumento. Praeterea cum non absolum videatur ut qui publicam causam gerunt, publicis stipendiis sustententur, universos Clericos per vestras dioceses constitutos efficaciter moneatis, in remissionem sibi peccaminum suadentes, quatinus cum praedictae terrae deserta sint & vastata, atque ad defensionem ipsarum sumptus sint non modici necessarii, aliquotam de suis proventibus partem ad ejus sustentationem transmittant, deputatis aliquibus viris providis & fidelibus ad elemosinam hujusmodi colligendam, qui collectam assignent sicut praedicti Legati duxerint disponendum. Quia igitur apud eos distractio forsitan proficiet temporalis a quibus super hoc spiritualis inductio non admittitur, illos qui super ludaeos in vestris diocesisbus permanentes habere nescuntur dominium temporale diligenter inducere procuretis ut eos inducant & tradita sibi potestate compellant quod suis debitoribus in hujusmodi Dei obsequium profecturis omnino relaxent usuras & terminos ad exolvendum sortem praefixos, si fieri potest, prorogent competentem. Datum Laterani 111. Idus Novemb. pontificatus nostri anno duodecimo.

In eundem modum Bisuntino Archiepiscopo & suffraganeis ejus. In eundem modum scriptum est Viennensi Archiepiscopo & suffraganeis ejus. In eundem modum Aquensi Archiepiscopo & suffraganeis ejus. In eundem modum Narbonensi Archiepiscopo & suffraganeis ejus. In eundem modum Lugdunensi Archiepiscopo & suffraganeis ejus. In eundem modum Archiepiscopo Ebredanensi & suffraganeis ejus. In eundem modum Auxitano Archiepiscopo & suffraganeis ejus. In eundem ferè modum Albiensi Episcopo. In eundem modum Ruthenensi Episcopo. In eundem modum Episcopo Agen-
Tom. II.

nensi. In eundem modum Caturcensi Episcopo.

C O N S V L I B V S
Arelatensibus.

GLoriantes haecenus in malitia &c. *ut in prima usque solidata, universitatem vestra rogandam duximus & monendam, in remissionem vobis peccaminum injungentes quatinus ad reliquias hujus pestis penitus extirpandas &c. ut in alia usque reviviscere, tam per vos quam per vestra obsequium Deo devotum & auxilium opportunum Ecclesiae impendatis, scientes &c. usque vero Deo. Quapropter expurgiscimini, boni filij, & ad palmam hujus gloriosi certaminis festinate, piaque poenitentia ducti quod tam secundis ejus principiis neglexeritis interesse, felicissimo fini vestram studeatis & operam & praesentiam exhibere: quia cum evangelicus retributor illis aequaliter retribuerit qui novissime venerunt in vineam & qui primo, licet hi qui ceperunt forsitan amplius laborarint, praecedentibus tamen atque sequentibus par merces pro pari devotione reddetur. Datum Laterani 111. Idus Novembr. anno duodecimo.*

In eundem modum Avinionensibus Consulibus. In eundem modum Consulibus sancti Egidij. In eundem modum Consulibus Nemausensibus. In eundem modum Consulibus Montispeffulani. In eundem modum nobili viro Amalrico & civibus Narbonensibus. In eundem modum Consulibus Terasconensibus. In eundem ferè modum scriptum est nobili viro Folcalariensi Comiti. In eundem modum nobili viro Comiti Sancio. In eundem modum nobili viro Comiti Sarvoie. In eundem modum nobili viro Comiti Gebennensi. In eundem modum nobili viro Comiti Stephano. In eundem modum nobili viro Comiti Vv. Matisonensi.

E P I S C O P O S E G V N T I N O .

Olim nobis per tuas litteras intimasti quod cum te praesente Archiepresbyter quidam Missam in sua Ecclesia celebraret, & populi multitudo in chorum Canonicorum & usque ad altare se ingereret importunè, tu diligenter monuisti ministris ut turbam irruentem arcerent, quatinus sic divina possent liberius officia celebrari. Quibus id efficere non valentibus, extimans quod super hoc tibi majorem reverentiam exhiberent, populum arcere accepto baculo incepisti, quosdam impellens, quosdam percutiens leviter, quosdam terrens, ut sic saltem opportunitas praerberetur sacris officiis peragendis. Alij

Epist. 137. Super extirpatione haereticorum.

Epist. 138. Indicitur ei purgatio super quosdam facinoros.